# De visionibus ꝛ somniis

ptionis sacramẽta in lege figurata ꝛ a pro
phetis ꝑdicta. Primũ fuit ꝯceptio siue
incarnatio q̃ fuit figurata in ꝯceptiõe Jsa/
ac: Geñ. xviij. ꝛ ꝓphetata Esa. viij. Accessi
ad ꝓphetissam ꝛ ꝯcepit filiũ. Scd̃m est
eius natiuitas q̃ fuit figurata in natiuita/
te Jsaac: Geñ. xxj. ꝛ ꝓphetata Esa. vij. Ec/
ce virgo cõcipiet ꝛ pariet filiũ. Utrũq3 fi/
guratũ fuit Nũe. xvij. in virga aarõ q̃ no/
cte vna frõduit floruit ꝛ fructũ fecit. Ter
tiũ est passio q̃ figurata fuit in morte abel:
Geñ. iiij. ꝛ in immolatiõe vitule rufe: Nu/
meri. xix. ꝛ agni. Exo. xij. ꝛ ꝓphetata Esa.
liij. Sicut ouis ad occisionẽ ducet̃: Hiere.
xj. Ego q̃si agnus mansuetus q̃ portat̃ ad
victimã. Quartũ ẽ descẽsus ad inferos
qui fuit figuratus in Sãsone: q̃ tulit por/
tas gaçe. Judi. xvj. ꝛ ꝓphetatus Zach. ix.
Tu aũt in sanguine testamẽti eduxisti vin
ctos de loco carceris ꝛc̃. Quintũ est re
surrectio q̃ figurata fuit ĩ resuscitatiõe filij
mulieris sareptane. iij. Reg. xvij. ꝓpheta
ta Osee. vj. Uiuificabit nos post duos di
es: ꝛ in die tertia suscitabit nos. Sextuz
est ascẽsio que figurata fuit in translatione
Enoch: Geñ. v. ꝛ in raptu Helie. iiij. Reg.
ij. ꝛ ꝓphetata Esa. lxiij. Quis est iste q̃ ve/
nit de edom. Ps̃. xlvj. Ascẽdit deus in iu
bilo ꝛc̃. Septimũ ẽ aduẽtus ad iudiciũ:
qui figuratus fuit in arcu celesti post dilu/
uiũ ꝑ colorẽ igneũ: Geñ. ix. ꝛ ꝓphetatus ẽ
Esa. iij. Dñs ad iudiciũ veniet cũ seniori/
bus populi sui. Jtẽ xp̃i vita assimilat̃ il
li libro: de q̃ agit̃ Apoc. x. vbi dicit̃: Acci/
pe librũ apertũ de manu angeli stantis su/
pra mare ꝛ sup terram: q̃si aptius diceret:
Ex vita xp̃i accipe eruditionẽ: q2 liber est
ñ accipe librũ istũ vt erudiaris. Jn h̃ em̃
libro tot sũt littere q̃t virtutes. humilitas
em̃ ẽ vna lr̃a: patiẽtia ẽ alia: charitas alia.
sic de alijs: q̃s. s. lr̃as ipemet xp̃s scripsit
p se Job. xxxj. Librũ scribat ipe q̃ iudi/
cat. i. filius cui pr̃ oẽ iudiciũ dedit: Joh. v
Jd exẽplar igit̃ huius libri scribere q̃li/
bet suũ d3: q2 h̃ est exemplar verax. Uñ in
iudicio oĩbus aptus oñdet̃ vt videãt oẽs
in eo falsitates librorum suorum: Apoc. xx. Li/
ber q̃ est vite aptus ẽ: ꝛ iudicati sunt mor/
tui ex his q̃ scripta erãt in libro. Jtẽ pa
tet ad lectionẽ: q2 liber iste apt9 ẽ: ꝛ ideo
dixit librũ aptuz. Hic liber fuit clausus in
armario vteri virginalis in incarnatione:
tractus inde in natiuitate: s3 aptus fuit in
passione. Jbi em̃ xp̃s clauis ferreis habu/
it aptas manus vt erudiret nos de agen/
dis. Jtẽ lãcea habuit aptũ latus vbi ẽ
cor vt erudiret nos de credẽdis. Nã corde
credit̃ ad iusticiã: vel de diligẽdis Luc. x.
Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo.
Jtẽ aptos pedes vt erudiret nos de ap/
petẽdis: q2 pedes aĩe sunt eius affectus.
Jtẽ ad op̃is imitationẽ: q2 liber ille de
manu angeli accipiẽdus ẽ. Angelus ẽ ꝑdi
cator q̃ nõ tã verbo q̃3 exẽplo annũciat vi
tam xp̃i. Unde talis librũ istũ. i. vitam h3
in manu. i. in op̃is imitatiõe. Qui ergo ta/
lis ꝑdicatoris sequit̃ exemplũ recte d̃ ma/
nu angeli librũ accipe dicit̃. Uñ terrestris
angelus Paulus librũ istũ accipe de mãu
nos hortat̃ dicẽs. j. Cor. iiij. Jmitatores mei
esto. sic̃ ꝛ ego xp̃i. Ergo librum accipe d̃ mãu
angeli. i. exemplũ tene boni magistri q̃ fa/
cit ꝛ docet op̃a xp̃i. Talis magister ẽ q̃ ma
re ꝛ terrã pedibus calcat. i. aduersa ꝛ ꝓs/
pera supat. Uñ dicit: Statis supra mare ꝛ
sup terrã. Per mare em̃ aduersa: ꝓspera
vero ꝑ terram intelliguntur.

Finis septimi libri.

Jncipit ꝓlogus libri octaui: in quo cõ/
tinentur exempla de legibus: id est de iu/
re canonico ꝛ ciuili.

Legũ cõdito-
res iusta decernũt: Pro/
uer. viij. ꝛ liberum arbitriuz
hoĩs: ex q̃ op̃a hũana ꝓ/
ueniũt non ẽ determinatũ
ad vnũ: ꝯtigit hoĩes nõ in suis op̃ibus s̃m
rõne ꝓcedere s3 plies errare: ꝓpt̃ qd̃ fuit ne
cessariũ hoĩ hr̃e ĩ suis actib9 regulã dirigẽ
tẽ. Cũ3 ãt hoĩs rõ q̃ ẽ p̃mũ s̃m Phm̃ p̃nci
piũ ĩ agẽdis: sit cõis mẽsura vl̃ regl̃a operum
hũanorum: diũsa tñ hoĩm op̃a mediãtib9 diũ
sis habitib9 ab ea regulãt̃. Nã op̃a hũana
extrĩseca q̃ ad vitã ip̃i9 hoĩs ꝑtinẽt corꝑalẽ
regulãt̃ a rõne hũana arte mediãte. Uñ in
p̃mo Metaph. d̃r q̃ hoĩm gen9 arte ꝛ rõne
viuit. ꝛ ẽ ars vt diffinit Phs in. vj. Ethico
rũ recta rõ factibiliũ: ꝛ vocat ip̃e factibilia
op̃a q̃ p̃nt ab exteriori materia fieri corꝑali. Ea
v̄o hoĩs op̃a q̃ ꝑtinent ad vitã moralẽ re/

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-737/0529
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG